



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Canonicis Sæcularibus. Tit. 2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

Eorum olim duæ extiterunt species. Quidam enim communi 6
vita, paupertatis adungebant votum; & *Regulares* appellabantur;
Quidam præter communia bona, singuli proprium aliquod obtine-
bant, nullæ certæ regulæ addicti; *Canonici* simpliciter appellati. *Mo-*
lan. tract. de Canonic. lib. 1. Durant. de ritib. Eccles. lib. 2. cap. 1. num. 5.
6. cap. 54.

Hodie etiam *Canonici* alii sunt *Regulares*, alii appellantur *Secula-* 7
res; De quibus tractaturi sequenti titulo, ne Regularium omnium tra-
ctatum rumpere cogamur.

TITULUS II.

De Canonicis Secularibus.

SUMMARIA.

- | | |
|------------------------------------|--------------------------------------|
| 1. <i>Canonici Seculares qui.</i> | <i>rum an & quando au-</i> |
| 2. <i>Quando creantur.</i> | <i>gere licet.</i> |
| 3. <i>Collegiata Ecclesia qua.</i> | 9. <i>Receptus ultra nume-</i> |
| 4. <i>Qua Cathedralis.</i> | <i>rum, quale jus habet in</i> |
| 5. <i>Eas erigere potest Papa</i> | <i>Capitulo.</i> |
| <i>solus.</i> | 10. <i>Potest Episcopus cum</i> |
| 6. <i>In Ecclesiis Cathedra-</i> | <i>caussa Canonicorum nu-</i> |
| <i>libus esse debent Presby-</i> | <i>merum minuere.</i> |
| <i>teri, Diaconi, Subdia-</i> | 11. <i>Eligendi in Canonicos</i> |
| <i>coni.</i> | <i>an debeant habere Ordi-</i> |
| 7. <i>In earum erectione Ca-</i> | <i>nes, & cujus esse atatis.</i> |
| <i>nonicorum numerus</i> | 12. <i>Debent esse Legitimi.</i> |
| <i>quantus.</i> | 13. <i>Quando cum iis dis-</i> |
| 8. <i>Determinatum nume-</i> | <i>penset Episcopus.</i> |

Hhh

14. Ob.

irvinus
Personis
res, Ecclesiam

IV.

32

14. *Obtinentes Canonica-
tus, ordinem arcanum
habentes, eos intra an-
num suscipere tenentur.*
15. *Fidei professionem
emittere qui teneantur
Canonici & quomodo
& quando.*
16. *Ultra tres menses de
anno ab Ecclesia abesse
nulli possunt: Et sub
qua pena.*
17. *Distributiones in ge-
nere quid.*
18. *An distinguantur à
præbendis. Et quæ.*
19. *Cur dicantur quotidi-
ana.*
20. *Earum descriptio.*
21. *An appellatione redi-
tuum veniant.*
22. *Cur instituta.*
23. *Quibus debeantur du-
plicata.*
24. *Quibus presentis vel
horis distribuenda.*
25. *Qui Canonici eas ami-
tant.*
26. *Amisssa quibus accre-
scant.*
27. *Residere ergo tene-
tur Canonici.*
28. *Annon à residentibus
aliquando excusantur.*
29. *Potest Canonicus lucrare
fructus, licet non se
presens. Quando.*
30. *In quibus consistat
pontissimum Canonico-
rum officium.*
31. *Quale in Choro.*
32. *In Capitulo.*
33. *Qui habent vocem in
Capitulo tantum.*
34. *Annon aliqui excepti
habentes, ea quæ sunt
extra illud, celebrare
possunt.*
36. *An habeant & sum-
turnum.*

37. In Capitulo praesens et
tacens pro consentiente
habetur.
38. In electione Canonico-
rum Ecclesia Collegiata
quae servanda forma.
39. In quo consistat Capitu-
li potestas.
40. Quae hic Concilii Tri-
dentini dispositio.
41. Pars major Capituli
quae intelligatur.
42. Ea aliquando non at-
tenditur.
43. In negotiis arduis quid
faciendum.
44. Vocati Canonici ad
Capitulum venire tenen-
tur.
45. Ei interesse debent, et
quare.
46. Nisi excusentur.
47. Qui Canonici careant
voce in Capitulo.
48. Carentium potestas ad
quos devolvitur.
49. Quid si totum Capitu-
lum sit in culpa.
50. Capituli Cathedra-
lis Ecclesiae quae vivente
Episcopo potestas.
51. Considerantur hic Ca-
nonici, aut conjuncti;
aut ut representantes
Ecclesiam.
52. In quibus Episcopi ne-
gotiis Capituli requiri-
tur consensus.
53. Quae potest Capitulum
sine Episcopi consensu;
et quae non.
54. In quibus Capituli con-
siliium Episcopus requi-
rere debet.
55. Antenetur sequi.
56. Capitulum an officium
divinum potest suspen-
dere in Ecclesia.
57. Episcopus qualem vo-
cem habeat in Capitulo.
58. Nomine Canonico-
rum venit Capitulum.

RVINUS
Personis
vel Ecclesiam

IV
32

59. Mentione Capituli venit Decanus. 68. An qui vocem non habet in Capitulo.
60. Antiquiores Canonici possunt optare. 69. An beneficium habens oneratum.
61. Optio quid. 70. Optans Canonicatum præbenda oneratum, an tenetur solvere eam.
62. An optantes incurrant Simoniam. 71. Qui Canonici optare non possunt.
63. Quando procedat optio. 72. Optio in quibus Beneficium non habeat locum.
64. Jus optandi introduci potest consuetudine; sed an in omnibus Ecclesiis. 73. An in vacantibus per permutationem.
65. Intra quod tempus facienda optio. 74. An ad Papam per negligentiam devolutis.
66. In optando qui servandus ordo. 75. An juris patronatus Laicalis.
67. An possit optare absens.

Canonici Seculares sunt, qui jus habent Canonice, & præbende in Cathedrali vel Collegiata Ecclesia. *c. dilectus. 19. de præbend.*

Creantur vel in ipsa erectione Ecclesie cathedralis, aut Collegiatae, vel post eam erectam.

Collegiata, seu Collegiata Ecclesia est, in qua ex Clericorum coadunatione & congregatione corpus conficitur, Collegium (à collegendo, seu coëligendo. *not. in l. collegarum. 173. ff. de verb. signif.*) dictum.

Cathedralis est, in qua præter collegium, Superioris cathedralis sedes, existit. *c. statutum. de rescript. in 6. c. ne pro defectu. de elect. Rebus in concord. tit. de collat. 6. 1. verb. Cathedralis.*

Omnis enim Cathedralis Ecclesia, & collegiata est, cum Praelatus & Canonici Collegium & Capitulum facere censeantur; *c. novus. de quibus*

Co
De
er Ber
G

quanto de his que fiunt a maiore part. Capit. sed non e converso omnis Collegiata est Cathedralis. *Fabric. de re benef. tit. de benef. Cathedral. Collegiat. &c. num. 3. & 4.*

Ecclesiam Cathedralē & Collegiatam erigere solus potest Papa; *Rebuff. in praxi benef. tit. de erect. in erect. Eccl. Cathedr. num. 3. & 4. Garc. de benef. part. 12. cap. 5. num. 1. Rebuff. d. prax. tit. de erect. in Collegiat. Sacra Congreg. Concilii in una Conversana 27. Junii. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 4. num. 3. 8. cum seq. non Episcopus; ut volunt Abb. antiqu. num. 1. Joan. Andr. num. 3. Butr. num. ad fin. Panorm. num. 2. & 6. Imol. num. 1. nisi Apostolica accedat auctoritas; Garc. d. part. 12. cap. 5. num. 4. sic & in actu erectionis Canonici institueret; saltem tres. Innoc. in c. postulasti. num. 1. in princ. de iure patron. Felin. in c. accedentibus. num. 1. vers. & nota. de prescript. Lambert. de iure Patron. part. 1. lib. 2. qu. 5. in princ. num. 3. Quibus Episcopus potest, vel alios adungere, vel alios, ultra extantes, cum congrua portione de novo creare. Cum Canonici sint beneficia, & illorum appellatione comprehendantur materia non odiosa, *Barbos. tract. de appellat. utriusq. juris signif. appell. 32. num. 11. & quavis beneficia creari possunt Episcopali auctoritate. sec. Gloss. in Clem. 2. vers. quia constat. verbo si beneficiorum. de decim. Gonzalez. ad reg. Cancell. 8. Gloss. 5. num. 7. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 5. num. 40.**

In Ecclesiis, non Collegiatis, *Navarr. cons. 3. de tempor. ordin. in 6 antiq. alias cons. 5. de etate & qualitat. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. beneficia. §. 5. Ciartin. controuv. forens. cap. 38. num. 1. Garc. d. tr. part. 7. cap. 4. d. 36. sed Cathedralibus, debent ex decreto Concilii Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. neminem etiam. omnes Canonici annexum habere Ordinem Presbyterii, pro una, & Diaconatus & Subdiaconatus, pro parte altera. *Ricc. in praxi aurea. resolut. 238. Novar. in singul. Canon. concl. 16. Piafec. in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 7. in princ.**

Canonorum numerus in erectione Ecclesie Cathedralis solet determinari duodenarius, ut Episcopus celebrans, possit suo munere satisfacere; & ejus cor conservetur: modo illi possint commodè sustinere omnia Ecclesie onera. *Isid. Moscon. de majest. Eccles. militan. lib. 1. cap. 15. de Eccles. Cathedr. post Abb. & Felin.*

Hhh 3

Deter-

IRVINUS
Personis
vel Ecclesiarum

IV
32

8 Determinatum augere non licet, nisi augeantur simul proventus Quo casu potest hoc Episcopus cum Capitulo. Cum in hujus favore censeatur numerus præscriptus. *Abb. in c. cum accessissent. de consuet. Moscon. d. loco. Lotter. d. loco. qu. 14. num. 30. & 37.*

9 Unde & potest quis ultra Canonicorum numerum, modo is non sit auctoritate Papæ certus, recipi in Canonicum sine præbenda. *Pe norm. in c. cum M. num. 30. de consuet. & in c. relatum. num. 2. de præb. Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 11. quest. 3. Appellatur Super numerarius. Gloss. Abb. & Felin. in d. c. cum M. Moscon. d. loco vers. si aliquis.*

Tales ultra numerum, non habet plenum Jus Canonice, veluti habitum in choro, vocem in Capitulo, & alias omnes prærogativas, quibus gaudent ceteri Canonici; si de mandato Papæ in aliqua Ecclesia, ubi certus est Canonicorum numerus, sit receptus simpliciter, non derogando illi, aut non mandando recipi, cum Juris Canonialis plenitudine. Habet receptus cum expressa de certo Canonicorum numero derogatione, aut cum mandato de recipiendo eo, cum juris Canonici plenitudine. *Lal. Zech. de Republ. Eccles. cap. 24. de Canon. num. 4. vers. causa verò. Nisi receptio sine antiquorum Canonicorum præjudicio sit facta: Menoch. cons. num. 21. & 22. Fabric. d. tr. lib. 2. rub. de tit. & intitulat. num. 30. aut consuetudo sit in contrarium. Monet. de distrib. quotid. part. 2. qu. 1. num. 1. cum seqq. ad num. 10.*

Multò magis provisio Papæ, scientis Ecclesiam non esse numeratam, sed receptitiam, valet, si velit. *c. ex parte, in fin. & ibi Hostiensis. lib. 3. vers. tu dicas. de concess. præbend. Lotter. d. lib. & qu. 14. num. 31.*

10 Ut potest Episcopus cum consensu Capituli, Canonicorum numerum, si proventus sufficiant, augere, sic & si ii deficient, minueret, modo maneat numerus ad cultum divinum celebrandum, Ecclesiaque dignitati respondendum sufficiens; *Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 15. Ugolin. de offic. Episc. cap. 52. §. 1. num. 4. Monet. de distrib. quotid. part. 1. qu. 5. num. 27. cum seqq. videatur Garc. d. p. 12. cap. 12. num. 75. cum seqq. & si Canonicatus ad alicujus, sive Ecclesiastici, sive Laici, præsentationem seu electionem pertineant, is consentiat. *Garc. d. loc. part. 12. cap. 2. num. 201. & à num. 205. Monet. de commut. lib. 1. volunt. cap. 12. num. 226.**

lib. 14. cap. 8. num. 10. in fin. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 11. num. 13. *Expus de Inst. & Jur. lib. 2. cap. 34. num. 86. Garc. d. c. 2. num. 85.*

14 Canonici in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis obtinent ordinemque annexos habentes; tenentur ordinem requisitum *intra* num. à die possessionis pacificæ, *S. Congr. Card. Concil. die 13. Septem. 1631.* suscipere. *text. in Clement. 2. de etat. & qualit. ordinand. Concil. Trident. sess. 22. dereform. cap. 1. sess. 24. de reform. cap. 12. Stephan. Weyms in const. 24. ex antiq. jure desumptas & per Concil. Trident. in not. const. 4. per tot. Seraphin. decis. 318. num. 5. ni fecerint, parte dimidia distributionum quotidianarum, sic propriè & strictè dictarum, Monet. de distrib. quotid. p. 1. qu. 1. num. 12. privantur, nec activam vocem habent in Capitulo: Clem. ut ii 2. junct. Gloss. verb. extunc. de etat. & qualit. Garc. d. tract. part. 3. cap. 4. & part. 7. cap. 4. num. 6. Nisi per eos non tenentur Gloss. verb. justu impedimento. in c. commissa. de elect. in 6. Gloss. verb. impedimenta. in d. Clem. ut ii. Monet. de distrib. quotidian. part. 2. cap. 13. num. 22. aut Papæ habuerint dispensationem. *Sacra Congr. Concilii. per Garcia d. tract. part. 3. cap. 4. num. 12.**

15 De Canonicatibus in Collegiatis Ecclesiis provisi non tenentur dei possessionem emittere; *Garc. d. parte 3. cap. 3. num. 13. Riccio de person. extra Eccles. grem. existent. lib. 1. cap. 13. num. 56. Barb. d. tri. ad. cap. num. 14. omnino provisi de Canonicatibus in Ecclesiis Cathedralibus; Concil. Trident. sess. 25. dereform. cap. 12. vers. provisi. Barb. d. Offic. & Potest. Episc. part. 3. alleg. 61. Squillante de oblig. Cleric. part. 1. num. 86. & 89. & quidem in Capitulo; Episcopo præfente; *Sacra Congr. Concilii in una Seguntina. 18. April. 1590. ref. Garc. d. p. 1. cap. 1. num. 51. Squillante d. part. 1. num. 93. per se ipsos, vel procuratores, hanc. optatum in fine. dist. 100. ubi Præpos. speciale mandatum habent. Navar. conf. 11. de juve. jur. Zerolain prax. p. 2. verb. Fidei professio. Campan. in divers. jur. Canon. rub. 8. cap. 3. num. 19. Navar. in singul. Canon. concl. 114. num. 8. Massobr. in tract. de Synodo Diocesana. cap. 4. dub. 2. per tot. Diss. alii. intra duos, à capta possessione, menses; Concil. Trident. d. loco. Tamburin. de jure Abbatum. tom. 1. disp. 8. qu. 5. num. 9. Si non faciant, sed scienter, peccant mortaliter; *Garc. d. c. 3. num. 65. in fine d. part. 1. num. 95. Homob. de Bonis in consult. & respons. qu. moral. part. 1. cap. 1. num. 1.***

Co
De
er Bern
G

resp. 16. Sanch. in præcepta Decalogi. tom. I. lib. 2. cap. 5. ante num. 2. Squillante. d. part. I. num. 95. & 100. fructus amittunt; Concil. Trident. d. cap. 12. puta post lapsum duorum mensium decursos; Garc. d. p. & cap. 3. num. 39. Barbof. d. alleg. 61. num. 23. & d. tract. de Canon. cap. 17. num. 22. non distributiones quotidianas: Gonzal. ad 8. Regul. Cancell. §. 2. proem. num. 17. aut §. 6. proem. num. 170. Monet. d. tract. part. 2. qu. 19. num. 39. Gratian. discept. forens. cap. 16. num. 22. Garc. d. c. 3. num. 60. Barbof. d. cap. 17. num. 26.

Canonici, & Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, non possunt, cujuslibet statuti aut consuetudinis vigore, ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse: Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. Novar. conf. 2. alias 1. de Cleric. non resident. Sayr. in florib. decis. sub illo tit. decis. 2. Garc. d. part. 3. c. 2. num. 180. cum seqq. Bonacina de lra Canon. disp. 2. quest. 3. reliquis novem mensibus quolibet anno residere tenentur: Garc. d. cap. 2. num. 198. si non faciant, peccant mortaliter. sec. Eman. Sa in Aphorism. verb. residentia. num. 1. Garc. d. c. num. 321. Squillante. d. part. 1. num. 320. Sanctarell. var. resolut. qu. 4. num. 24. Nec excusantur, quamvis amittere velint distributiones quotidianas: Garc. d. cap. 2. num. 322. declar. 29.

Distributiones, in genere, dicuntur, quia juxta cujusque merita, laborem, & qualitatem distribuuntur. Est enim distribuere suum cuique tribuere. l. i. in princ. ff. fam. ercisc.

Harum quaedam non distinguuntur à præbendis, sed earum vice funguntur; quaedam distinguuntur & separantur.

Illæ sunt distributiones illarum Ecclesiarum, quarum fructus omnes reponuntur in communi, & singulis diebus distribuuntur cuilibet Canonico præsentis pro victu. de quib. in c. olim. de verb. signif. & apud Declan. conf. 43. num. 13. vol. 1. Menoch. conf. 436. num. 25. Fabric. d. prax. benef. lib. 2. tit. 5. de præbend. earumq. fructib. & distribut. quotid. num. 18. & 19.

Hæ sunt illarum Ecclesiarum distributiones, in quibus Canonici certas habent præbendas, & propterea quotidianas distributiones, quæ dantur divinis officiis interestibus. De quib. in c. fin. de rescript. in 6. c. non. de Cleric. non resident. in 6. c. ult. de concess. præbend. in 6. Paris. conf.

rvinus
Personis
res Ecclesiarum

IV

32

32. num. 7. & conf. 34. num. 4. cum seqq. vol. 4. Covarr. lib. 13. var. cap. 13. num. 1. Barthol. à S. Fausto de Horis Canon. lib. 3. qu. 1.
- 19 Dicuntur *quotidiana*, sive quia distribuuntur quotidie, sive quia distribuuntur iis, qui interfunt horis Canonicis divinisque officiis quotidie; quasi quotidianum & diurnum stipendium seu denarii duntaxat. Covarr. d. cap. 13. in princ. Monet. d. tract. part. 1. qu. 1.
- 20 Describi possunt; Quod sint stipendia quadam personalia, quae ex Ecclesiae redditibus, praeter praebendam, aut portionem certam pro beneficio competentem, Canonicis Collegiatarum & Cathedralium Ecclesiarum divinis interessentibus officiis, pro iis tribuuntur. d. c. d. c. un. & d. c. un.
- 21 Non veniunt appellatione reddituum beneficii, c. licet. de praebend. c. 2. de privileg. in 6. Sanctarell. var. resolut. qu. 6. num. 14. nec fractionum, Concil. Trident. d. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. praeterea. Covarr. d. lib. cap. 13. num. 1. Fr. Emanuel. quast. regular. tom. 2. qu. 74. art. 4. ubi ii consistant omnes in distributionibus. Vasq. in opusc. de benef. cap. 10. §. 3. Macign. de distribut. cap. 71. num. 4. Barth. à S. Fausto. d. lib. 3. qu. 3. Cened. Canon. lib. 1. qu. 1. num. vers. ratio est. nec reddituum & proventus. c. licet vobis. cum Gloss. de praebend. Cesar. de Grassis. decis. 9. de praebend. Achil. decis. 8. num. de pension. Monet. d. part. 1. qu. 6.
- 22 Instituta hujusmodi distributiones, ut praeter praemia spiritalia quae pro officiis consequuntur Clerici à Deo, etiam ab Ecclesia, pro fructu, stipendium reciperent temporale; c. cler. cui vietum. dist. 20. et propterea etiam ad Ecclesiam pro divinis officiis recitandis convenirent frequentius & diligentius. d. c. un. §. statuimus. de Cleric. non residant. in 6. Duaren. lib. 7. de Sacram. Eccles. ministr. cap. 4. Marc. Anton. Columna de Eccles. reddit. orig. part. 3. cap. 24. num. 1. cap. 46.
- 23 Eas percipiunt non tantum Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum Canonici qui divinis officiis interfunt, c. d. c. un. Clem. 2. de aetate & qual. ord. Extrav. com. c. nonnulla. 1. §. praeterea de praeb. c. licet. eod. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 3. & sess. 24. de reform. cap. 12. vers. praeterea. Hojed. de incomp. benef. part. 1. cap. 12. num. 67. & 68. Reza decis. 720. in fin. num. 1. sed & qui ob aetatem dispensati: Gloss. in d. Clem. 2. de aetate & qualit. Sacr. Congreg. in una Reatina. 10. Julii 1627.

Co
De
et Be
G

in alia Montis Politiani 13. Januarii 1629. Barbof. d. tract. de Canon. & dignit. cap. 21. num. 11. & 12. qui supernumerarii, modò non simpliciter, Abb. in c. cum M. num. 32. de constit. & Ripa. num. 189. sed cum juris Canonialis plenitudine, recepti. Ant. Butrio. in d. c. cum M. Ant. Fabrif. in praxi benef. lib. 2. tit. de titulo & intitulat. num. 30. Bertachin. de Episcopo. part. 3. num. 22. Felin. in d. c. cum Monum. 23. in fine vers. sed ubi Papa. qui datus Coadjutor simplex; Monet. d. part. 2. qu. 1. num. 22. sive ab Episcopo; Monet. d. loco num. 24. per c. fin. de Cleric. agrante. sive à Summo Pontifice; Navar. conf. 1. aut 2. num. 2. & 3. cod. tit. Gonzal. ad d. reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 15. & 119. cum seqq. Barbof. d. tract. à num. 12. usq. ad 17.

Duplicata debentur distributiones habenti ex vi consuetudinis vel dispensationis & Dignitatem & Canonicatum in eadem Ecclesia. Dd. per text. c. cum olim. de sent. & re judic. Duen. reg. 206. lim. 4. Covarr. lib. 3. var. num. 6. Rebuff. in praxi. tit. de dispens. rat. atatis. vers. in Cathedralibus. ad fin. Nald. in sum. verb. Canonicis. num. 1. Vafq. d. opusc. cap. 4. dub. 1. 3. Gratian. d. tom. 5. cap. 894. num. 3.

Distributiones quotidiana assignari debent Missæ conventuali, & singulis horis Canonicis. Gloss. in verb. ordinationem in d. c. un. de Cleric. non resident. in 6. & Gloss. verb. Canonicos. in Clem. 1. de celebrat. Missar. Sanctarel. var. resolut. qu. 12. à num. 4. sed integris & completis. Monet. d. part. 2. qu. 3. num. 1. & 20. Nisi consuetudo sit in contrarium. Fac. d. Clem. & ibi Gloss. verb. certis horis. de atat. & qualit. & Card. qu. 17. Anchar. num. 8. Imola. num. 33. circa med. Duen. d. reg. 206. limit. 2. Roch. de Curte in repet. c. fin. num. 485. alias sect. 5. num. 43. de consuetud.

Amittunt ipso Jure distributiones quotidianas, Canonici qui divinis officiis non interfunt: c. un. §. quia verò de Cleric. non resident. in 6. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. distributiones. Monet. part. 3. qu. 7. num. 71. Sanctarel. var. resolut. qu. 13. n. 1. vel interfunt in choro, sed non cantant, vel psallunt: Barbof. d. tract. cap. 22. num. 1. qui excommunicati justè; c. pastoralis. §. verum. de appellat. junct. Extrav. un. vers. & quia non occurrit. de decim. inter Com. Covarr. 3. var. cap. 13. num. 8. vers. 12. Rebuff. in c. postulasti; num. 84. de Clerico

rvinus
Personis
vel Ecclesiis

IV
32



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

excom. ministr. Gutier. Canon. quest. lib. cap. 1. num. 90. cum seqq. Scrip-
phin. decis. 1164. num. 2. à S. Fausto. de horis Canon. lib. 3. qu. 37. licet
appellaverint: Panorm. num. 6. Franch. num. 4. & 16. in d. c. pastoralis.
Riccius d. tr. de iure personar. lib. 4. cap. 14. num. 13. qui suspensi iudicab
officio; Navar. d. consil. 11. num. 6. Ugolin. tract. de censur. tab. 4. cap. 6.
§. 3. in fin. vers. postremo excipiuntur. Monet. d. tract. d. parte 2. quest. 15.
num 37. aut beneficio: Ugolin. d. tab. cap. 8. §. 7. num. 4. Sayr. de censur.
lib. 4. cap. 6. num. 9. & 10. quibus Ecclesia ingressus iuste interdictus
fac. d. c. un. de Cleric. non resident. in 6. junct. c. 15. cui. de sent. excom. in
6. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 32. num. 7. Ugolin. d. tract. tab. 5. cap. 16. §.
1. & §. 3. qui verbaliter degradati: Covarr. d. lib. 3. cap. 13. num. 8. vers.
hinc etiam deducitur. 12. Ugolin. d. tract. tab. 2. cap. 12. in princ. num. 1.
à S. Fausto. d. lib. 3. qu. 43. Monet. d. loc. qu. 17. num. 33. tempore celest
tionis sive iustæ, sive iniustæ, Canonici omnes. c. si Canonici. §. feutori
de offic. Ord. in 6. Covarr. in c. alma mater. part. 2. §. 4. num. 7. de sent. ex
com. in 6. Anton. de Campos de cessat. à divinis. num. 98. vers. si autem. Ce
ned. pract. & Canon. quest. lib. 1. qu. 1. num. 55. Bonacina de horis Canon.
disp. 2. qu. 5. punct. 20. vid. Fr. Emanuel. quest. reg. tom. 2. qu. 115.
art. 4.

27 Sic amissa distributiones quotidiana accrescunt iis qui divinis
actu, c. un. vers. statuimus de Cleric. non resident. Conc. Trident. sess. 24.
de reformat. cap. 12. à S. Faust. d. tract. lib. 3. qu. 88. inter sunt: Gloss.
verb. pars dimidia. in d. Cleric. 2. & verb. sessensis in Clem. 2. de vita &
honest. Cleric. Gigas cons. 144. num. 30. prob. c. un. de Cleric. non resid. in
6. Concil. Trident. d. cap. 12. vers. distributiones. & sess. 21. de reformat.
cap. 3. siquidem sunt tenues; si non, fabrica Ecclesie vel alteri pio lo
co applicanda. Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 3. Garc. tract.
part. 3. cap. 2. num. 465. Barb. d. tract. cap. 22. num. 17.

28 Residere ergo tenentur Canonici, ut diximus, vi Concilii Tri
dent. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. non licet. ut lucrentur in Ecclesiis
Cathedralibus & Collegiatis insignibus distributiones eas. Nec à rell
dentia illa eos ulla statuta, etiam jurata, nec consuetudo, etiam in
memorialis, excusant; Nisi auctoritate Apostolica sint confirmata; Garc.
d. part. 3. cap. 2. num. 197. in 1. & 3. declarat. Armendar. in addit. ad re
cap.

Co
De
et Bern
G

cap. Navarre. lib. 2. tit. 23. de resid. rubr. An Canon. vel alii habent. Di-
git. teneant. residere in suis Eccles. num. 21. & 23. patiente & tolerante
Papam ducta; Covarr. var. lib. 3. cap. 13. num. 5. in fine. Duen. reg. 206.
vers. limita quintò. Hojed. de incompatib. benef. part. 1. cap. 17. num. 13.
Cened. d. quest. 1. num. 24. Monet. d. tract. part. 2. qu. 12. num. 45. & 46.
ubi ex ea conferantur distributiones, jussu Ecclesiarum, in earum vel
relinuunt vel sumptuum computatione, aliove servitio utili, jussu Capi-
tuli. Garc. d. c. 2. num. 362. Armend. d. loco. num. 73. Navar. conf. 8. num.
4. de Cleric. non resid. Covar. d. lib. 3. cap. 13. num. 7. vers. 8. Cened. d. qu.
1. num. 67. vers. adverte. occupatis; Monet. d. part. 2. qu. 11. num. 46.
Cened. d. qu. 1. num. 68. Sanctar. d. tract. qu. 10. num. 18. senibus septua-
gennariis; Monet. d. part. 2. qu. 12. num. 57. Bonac. d. tract. qu. 5. puncto
6. num. 16. Sanctarel. qu. 8. num. 14. iis qui per quadraginta annos Ec-
clesie praestituerunt servitium; Cened. part. 3. collect. 15. in fine; & dict.
qu. 1. num. 11. vers. sexto. Garc. d. cap. 2. num. 344. Monet. part. 2. qu.
7. num. 21. & qu. 12. num. 61. & qu. 13. num. 41. Gratian. disceptat. fo-
res. cap. 29. num. 19. qui divino officio interfunt certis, licet non omni-
bus horis; Duen. reg. 206. vers. limita secundo. Hojed. d. tract. part.
1. cap. 17. num. 12. Monet. d. part. 2. qu. 11. num. 42. vers. limitatur. qui
suo celebrandam Missam vel Confessionem Sacramentalem à Choro
admittunt; Monet. d. p. & qu. à num. 48. vers. inferitur. & à num. 52. cum
sup. Barbosa d. tract. & cap. 24. per tot. Campan. in divers. jur. Canon.
lib. 3. qu. 74. Garc. d. tr. part. 5. cap. 4. num. 124. Provinciali vel Syno-
dali Concilio interfunt; Ugolin. d. tr. de potest. Episc. part. 1. cap. 19. §.
2. num. 6. vers. primo excipitur. Cened. d. qu. 1. num. 76. Sanctorel. d. qu.
11. num. 22. & qu. 40. num. 17. in princ. prov. alia evidenti Ecclesie uti-
litate sine salario, Sacra Congreg. Concil. 31. Januarii 1603. absunt;
c. un. de Cler. non residentib. in 6. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 1. num. 148.
Taberf. d. lib. 2. tit. 5. de prebend., num. 40. Chopin. lib. 2. monast. tit. 3.
num. 51. Garc. d. cap. 2. num. 362. Armendar. d. loco num. 73. & 95. qui
propter infirmitatem à giudice arbitrandam, Menoch. d. arbitr. casu 60.
Hojed. de incomp. benef. part. 1. cap. 17. num. 16. divinis officiis interesse
non possunt; d. can. de Cleric. non resident. in 6. Covar. d. lib. 3. cap. 13.
num. 8. vers. septimo. Thom. Act. in tract. de infirm. part. 1. cap. 50. num.
25. Fusc.

rvinus
Personis
res. Ecclesiarum

IV.
32



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

25. *Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 15. num. 25. vers. & infirmo. & cap. 20. num. 26. Gomef. in reg. Cancell. de infirmis resignant. qu. 9. vers. 47. Garc. d. loco num. 363. aliique citati per Barbof. d. tract. & cap. num. 17. licet propria culpa in eam deciderint: Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. qu. 11. Petr. Navar. de restitut. lib. 6. cap. 1. dub. 4. num. 239. Macip. de horis Canon. cap. 71. num. 58. Marce & Vul. pe. in praxi fori Episc. part. 1. verb. distributiones. §. 3. vers. 6. qui ob metum ne occidantur ab inimicis, à Principe, &c. Covarr. d. lib. & cap. & num. vers. decimo. Congr. Concil. 17. Septemb. 1616. ab hostibus, civibus tumultuans, S. fort. Oddo. tract. de in integr. restitution. art. 9. num. 92. Menoch. de arbitr. casu. 153. num. 12. Sanctarel. d. qu. 9. num. 4. Calderin. cons. 17. de prebend. peste, Ripa de peste. part. 1. num. 145. Cened. d. qu. 1. num. 18. Covar. lib. cap. num. vers. nono. Clarin. controvers. forens. cap. 26. Rutit. Benzon. in Speculo Episcop. & Curat. lib. 1. disp. 1. qu. 1. conclus. 3. Scipio de Rubeis. in Aphorif. Episcop. verb. Pests. num. 4. absunt; qui injustè incarcerati, Gloss. & Da. in can. super causâ. 2. qu. 4. Fabric. lib. 2. tit. de prebend. num. 39. in fine. in exilium missi, Felin. in 1. com. omnes. num. 22. in fine. de constit. Covar. d. loco. vers. decimo. Cervillos contra commun. qu. 585. num. 16. Sendorval. de offic. Eccles. part. 6. cap. 17. circa med. à choro per Capitulum expulsi; Mobedan. de prebend. Coccin. decis. 31. num. 1. excommunicati, Covar. d. loc. vers. decimo. vers. ceterum. Felin. in c. Apostolicæ. num. 12. de except. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 1. num. 157. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 5. num. 27. Avil. de censur. part. 2. cap. 6. disp. 1. dub. 1. conclus. 1. Petr. Navar. lib. 2. de restitut. cap. 2. num. 238. Barbof. in collectan. ad pastoralis. 53. num. 14. de appellat. suspensi, Barbof. de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 53. num. 136. per Dd. ibi alleg. interdicti, Paris. cons. 32. num. 24. vol. 4. Cened. d. qu. 1. num. 59. privati, S. Congreg. 26. Maji, 1625. & 21. Junii, 1625. vid. Cened. d. qu. 1. num. 65.*

29 Nonnulli Canonici à Choro absentes, licet non lucrentur distributiones quotidianas, lucrentur tamen fructus: *cum dilectus de clericis non resident. ut absentes in servitio Papæ; d. cap. 8. Zabarell. cons. 44. Menoch. d. tract. p. 2. qu. 9. num. 10. Cened. d. qu. 1. num. 3. Selva de benefic. part. 4. qu. 6. num. 36. Cardinalis Legati, Gambar. de offic. & potest. Leg. de*

Co
De
et Bern
G

latere. lib. 1. de auctor. Legati. num. 56. Garc. d. cap. 2. num. 382. cum
 leg. proprii Episcopo, c. de cetero. c. ad audientiam. cod. & utrobique Gloss.
 & Dd. facit can. 7. scire debes. 7. qu. 1. Navar. conf. 11. alias 2. de Cleric.
 non resident. Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 11. Gonzal. ad reg. 8.
 Cancell. s. 7. proem. num. 183. Sbroz. de Officio Vicarii, lib. 1. qu. 43.
 num. 3. Moner. de distribut. quotid. part. 2. qu. 8. num. 6. studiorum
 causa, c. licet vobis. 42. de prabend. Gloss. verb. exceptis in cap. cum non
 deest. 30. de elect. in 6. Garcias. d. cap. 2. num. 12. Armendar. d. tit. de
 resident. Canonic. num. 8. & 1123. Lotter. d. tr. de re benef. lib. 3. qu. 27.
 num. 173. live doceant, sive discant, c. licet. de prabend. Theologiam,
 c. ut. de Magistr. Rebuff. de privileg. Scholar. 29. & 31. Luti. cod. tract.
 privileg. 99. & 100. Lesnaud. de privileg. Doctor. part. 2. §. 22. Benni. d.
 privileg. 11. Choram. par. 1. privileg. 15. Barbos. d. part. 3. alleg. 56. num. 18.
 aut Jus Canonicum; Benni. d. part. 1. privileg. 15. num. 4. Carol. de Grassis.
 de effect. Clerical. in pralud. num. 695. cum seqq. Barb. d. alleg. 56. num.
 28. sed in universitate publica. c. tua fraternitatis. de Cleric. non resid. c.
 2. de privileg. in 6. junct. Glossis. Flores de Mena var. lib. 3. qu. 24. num.
 19. Barbos. d. alleg. 56. num. 21. & 22.

Canonicorum officium consistit potissimum in duobus; Scilicet³⁰
 in fallo in choro cum divinatorum participatione, & loco in Capitulo. c. re-
 latum. 9. c. dilectus. 19. c. pro illorum. 22. in. fin. c. dilecto. 25. in princ.
 de prabend. Concil. Trident. d. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. omnes.

In choro debent 1. Servire in persona, non per substitutos. Nisi³¹
 legitime sint impediti. Sacr. Congreg. in una Neritin. 15. April. 1606.
 Lambertin. de jure patron. lib. 2. part. 1. qu. 7. princ. art. 28. num. 2. 3. 4.
 & art. 30. num. 25. §. sit igitur. vers. amplia secundo. Ciarlin. d. lib. 1. cap.
 38. num. 28. Garc. cap. 2. num. 496. 2. Episcopo publice celebranti,
 aut Pontificalia exercenti Cathedrales assistere, Concil. Trident. d. loco
 vers. Et celebranti Episcopo. & quidem digniores, & honoratiores, S.
 Congreg. Rituum. in una Facens. anni 1609. & in Caliguritana. 1. Julii,
 1601. etiam extra propriam Ecclesiam, S. Rit. Congreg. in un. Elborens.
 7. Julii 1602. Let. in declarat. sub die 2. Aug. 1631. Scipio de Rubeis. in
 Aphorismis Episcopalis. verb. Assistentia. num. 2. & 4. Steph. Gratian. dis-
 cipl. forens. tom. 4. cap. 43. à num. 55. 3. Psallere seu canere cum
 aliis,

RVINUS
 Personis
 vel Ecclesiis

IV.
 32

aliis, d. Concil. Trid. d. loco. & quidem altâ voce; Conc. S. Congreg. die 20. Aprilis. 1602. S. Congreg. Rituum in Egitamentis; 23. Novembris. 1602. non per alios, nisi vigeat consuetudo aut statutum, ut Canonici satisfaciant choro interessendo & faciendo, ut Capellani & Cantores cantent & psallant & reliqua exequantur munera. *Barbol. a S. Epiph. d. tract. de horis Canon. lib. 3. qu. 14. num. 15. Barb. d. tract. de Canon. Dignit. cap. 34. num. 10. cum seqq. per Dd. ibi alleg.*

32 Debent Canonici cum suo Canonicali habitu in Capitulo, pro in Choro modestè ac cum silentio accedere, & in loco ipsis debito sedere, *Barbol. d. tract. cap. 18. & 36. per tot. si quidem vocem habeant in Capitulo.*

33 Quamvis enim per solam Canonicatum assecutionem omnia Jura Canonicalia perfectè iis fuerint quaesita; *Abb. in c. dilectus 16. num. 7. de prebend. & c. cum. M. 9. num. 30. ubi Felin. num. 23. & Decius num. 29. de constit. Raguc. de voce Canonica in capitulo. qu. 5. ita ut statim dicantur de Capitulo; licet non sint in sacris; Rota in Abbat. Jurisdic. 6. Febr. 1589. quia sunt verè Canonici. Rota decif. 27. num. 4. part. 1. recent. tamen non omnes vocem habent in Capitulo, in electionibus scilicet, & communibus tractatibus, qui capitulariter expeditur, sed tantum iis, qui sunt in sacris; saltè in subdiaconatu constituti: Clemus hi. 2. de atat. & qualit. ord. Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4. Rebuff. in tract. nomin. qu. 8. num. -- Fr. Emanuel. quest. Regular. tom. 2. qu. 51. art. 5. Cardos. in praxi judic. verb. Canonici. num. 5. Mirand. in man. Pralat. tom. 2. qu. 23. art. 5. conclus. 5. Layman. Canon. quest. de Pralat. Ecclesiast. elect. qu. 181. resp. 3. & qu. 28. resp. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 482. à num. 20. S. Congreg. Conc. sub die 8. August. 1621.*

34 Exceptis Principalioribus Collegiatarum Ecclesiarum Praelatis Raguc. d. tract. qu. 5. num. 3. & qu. 34. num. 3. Garc. d. tract. part. 3. cap. in addit. num. 46. Canonici à Papa circa aetatem dispensatis: Felin. in c. postulasti. num. 11. de rescript. Soar. de Religion. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 4. num. 7. Sanch. de matrim. 1. lib. 8. disp. c. num. 23. Barbol. d. tract. cap. 27. num. 9. & 19. Supernumerariis, à Papa, derogato certo numero, cum Canonicali juris plenitudine, recipi mandatis. *Gloss. verb. ultra*

Co
De
et Bern
G

ultra numerum in d. c. cum M. & ibi Felin. num. 23. Biax. de direct. elect. part. 1. cap. 17. Raguc. d. tract. qu. 1. num. 2. Novar. in praxi variar. fori. sect. 3. qu. 35. num. 6. iis qui alia, quam canonica ratione, vocem habent in Capitulo; puta ex privilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine. Fr. Eman. d. tom. 2. qu. 51. art. 1. Garc. in addit. ad d. cap. 4. num. 31. Portel. in dubiis Regul. verb. Electio. num. 6.

35 Possunt tamen Canonici in sacris minimè constituti, proptereaq; vocem in Capitulo non habentes, actus collegiales, ad ea omnia, quæ fiunt extra Capitulum, exercere: Bonifac. in dict. Clem. 2. num. 16. & 17. Garc. d. part. 3. cap. 4. num. 29. Gratian. d. tom. 4. cap. 482.

36 Unde si collatio spectat ad Canonicum hebdomadarium per tur- num, Canonicus non constitutus in sacris, debet etiam habere suam hebdomadam: Rebuff. in tract. nominat. qu. 8. num. 4. Gratia in d. qu. 482. num. 24. Garc. d. cap. 4. num. 30.

37 Canonicus capitularibus resolutionibus præfens & tacens habetur pro consentiente. Innoc. in c. 1. num. 4. ubi Abb. num. 13. de his quæ fiunt à majore. part. Cap. Paris. consil. 76. num. 6. cum seqq. lib. 4.

38 Porro in Canonicatum, in Ecclesiis Collegiatis existentium, electionibus, ut servetur forma in c. quia propter de elect. expressa, præcisè non est necessarium, sufficit singulorum in Capitulo existentium, & collegialiter congregatorum, consensus: Electus enim simpliciter à majori & saniore parte jus habebit in electione. Sylvest. in sum. verb. Electio. 2. qu. 1. Abb. in cap. Ecclesia vestra. num. 7. de elect. & ibi Imola. num. 3. Mirand. d. man. tom. 2. qu. 23. art. 3. concl. 2. Lotter. d. tr. lib. 2. qu. 19. num. 10. Ratio est, Quia Ecclesia non viduatur per inferiores, sed per Dignitatem primam seu Episcopum. Gloss. Abb. Joan. Andr. Bar. & Imol. in d. c. quia propter.

39 Consistit autem Capituli potestas in majori, & saniori parte Canonicorum. d. c. quia propter. ibi vel major & sanior pars Capituli: Barbof. d. tr. cap. 30. num. 3. & 4.

Undè ad validitatem electionis factæ non sufficit, quod à majori parte sit facta, nisi etiam major sit sanior: c. Ecclesia vestra. 57. de elect. Miranda d. man. Pralat. tom. 2. qu. 23. art. 7. concl. 3. & art. 27. concl. 1. Major enim pars dicitur non solum quæ est majoris numeri, sed etiam

ryinus
Personis
Ecclesiæ

IV.

32

quæ est sanioris iudicii: *Menoch. conf. 96. num. 12.* Sumuntur enim illa copulativè. *Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 36. num. 3. Vide Lator. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 19. num. 83. Mirand. loco & qu. art. 27. in princ. & concl. 1.*

40 Hodie tamen, maximè stante Concilii Trident. *sess. 25. de Regu. cap. 6.* dispositione, non inquiritur amplius, quàm suffragiorum pars sit sanior: sed tantummodò, quæ major: ea enim præsumitur sanior. *Soar. d. tom. 4. & tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 13. Sigism. à Bononia. de elect. dub. 38. num. 8. Lator. d. tit. 4. cap. 19. num. 89. Tambur. de Iure Abbat. tom. 1. disp. 1. qu. 6. num. 21. Barbosa d. loco num. 8. ut & supra dictum.*

41 Consideranda illa major pars non respectu aliarum partium, sed respectu totius. *Zerola d. prax. Episc. part. 1. verb. Capitulum. num. 13. Abb. in d. c. Ecclesia vestra. num. 1. & 4. & consil. 25. num. 4. lib. 2. Rota d. tract. verb. honorificum. qu. 58. Lambert. d. tract. part. 3. lib. 2. de quidem præsentis congregati, Abb. d. loc. Hostiens. in c. in Genesi. num. 17. in princ. de elect. ubi Joann. Andr. num. 18. circa med. Anthon. col. 3. in 5. notab. circa fin. & Cardin. col. 4. in 2. opposit. c. cum à nobis. ubi Abb. num. 3. eod. votantis; Gloss. in verb. quo in facto. ante fin. vobis & in rebus. Clem. quod circa. ubi Vitalin. num. 29. vers. aut fuerint vocati. eod. Navar. conf. 7. num. 1. eod. tit. in novis.*

42 Verum uno casu, non major pars, sed totum Capitulum obtinet potestatem & Canonicorum, omnium requiritur consensus, Nèpè cum negotium, de quo agitur, singulos Canonicos concernit preparatim: *Gloss. verb. constitutum. vers. sed & singuli. in c. cum omnes constituit. Duenn. reg. 295. Villag. in tract. de reb. Eccles. non alien. lib. 1. part. 1. cap. 101. num. 7. 8. & cap. 102. num. 7. Barbosa. in collect. ad d. c. cum omnes. à num. 6. & quidem singulariter; non secundariò. Gloss. in c. quamvis pactum. de pactis in 6. Tiraquel. in tract. res inter alias. in princ. num. 10. & 11.*

43 Sunt secund. *Gloss. verb. ipsorum. inc. 2. de testib. in 6. in electionibus, d. c. quia propter. de elect. Castrens. consil. 4. circ. primum in princ. lib. 1. receptione Canonicorum aut collatione beneficiorum, c. cum in Ecclesiis. de præbend. in 6. Calderin. conf. 260. Cardoso. in praxi. Judic. verb.*

Co
De
et Bern
G

verb. *Canonicus. num. 8.* cessionatione facienda, c. *quamvis. 8. de offic. Ord.*
in 6. Raguc. d. tract. 10. num. 5. post Abb. in c. cum ex injuncto.
col. 11. de oper. nov. num. 9. Felin. in c. cum omnes. de constitut. aliisque
arduis negotiis, pro Ecclesiarum consuetudine, Berrachin. de Episcopo.
part. 3. qu. 7. num. 9. Felin. d. loc. Mar. Ant. Genuens. in pract. Eccles. qu.
170. Vocandi Canonici in loco presentes, per signa solita sive campa-
nae, sive vocis vivae; absentes in provincia, per litteras, vel nuncium,
secundum locorum consuetudinem; omnes, qui debent, volunt, &
possunt commodè interesse: d. c. qui propter. in princ. c. coram. de elect.
Rebuff. in compen. alien. num. 77. Card. Mantie. decis. 288. Castel. de
elect. cap. 8. num. 7. Mirand. d. tract. tom. 2. qu. 23. art. 6. concl. 2. & 3.
& quidem singulariter & personaliter, si sciatur ubi degant, & commo-
de ac sine periculo fieri possit: c. cum olim. ubi Gloss. verb. Hibernia. de
dolo & contum. c. venerabilis. eod. tit. si nesciatur; per publicum Edictum
in Ecclesia, vel ubi commemorari soliti, vel Capitulo presente & Clero,
ut in c. fin. de eo qui mittit. in poss. rei serv. vel in eorum domibus: c. caus.
san. c. venerabilis. de dolo & contum. Cuch. tit. de elect. num. 58. cum seqq.
Cecor. in d. c. ab in mater. part. 1. §. 9. num. 4. si non habeant, in loco ubi
habitare consueverunt; l. 4. §. toties. ff. de damno inf. vel in eorum Eccle-
sia seu beneficio: c. fin. de dolo & contum. 1. ex tua. de Cleric. non resident.
quia ibi praesentiam facere praesumuntur: Mascard. de probation. conclus.
1271. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. §. 2. num. 30.

Vocati venire tenentur aut in persona, aut per procuratorem. c. 44
 si quis in pr. de elect. in 6. Sed videnda, quae supra tit. de elect. Pralat.
 diximus.

Porro Canonici Capitulis seu Congregationibus Capitularibus in-45
 teresse debent; Quia etsi eorum munus & officium praecipue consistat in
 servitio & residentia Ecclesiae Chori, & Altaris, consistit tamen etiam
 in administratione & gubernatione rerum Ecclesiae & Capituli, spiritua-
 lium, temporalium. Nec refert eam incumbere iis; non ut singulis,
 sed ut universis, id est, ut pertinent ad universitatem Capituli, & sunt
 pars illius: nam ut parti Capituli currit unicuique praedicta obligatio;
 alias si quilibet in particulari non teneretur assistere Capitulis, sed pos-
 sent abesse, possent & alii id facere, cum non sit major ratio de uno,
 quam

ryinus
 Personis
 et Ecclesiis

IV.

32

quàm de altero: & sic deficere bonum Ecclesia & Capituli regimere
contingeret. *Garc. d. part. 3. cap. 2. à num. 529. Homobon. de exam. Ec-*
cles. tract. 14. cap. 2. qu. 12. & in respons. quæst. moral. part. 3. resp. 11.
Barbof. d. tract. cap. 40. num. 1.

46 *Excusantur*, qui justè impediti: *Garc. d. cap. 2. num. 537. qu.*
in diebus, ipsis recreationis causa concessis, absunt: Garc. d. loc. num.
541. ubi num. 543. restatur sic fuisse à S. Congreg. qui non sint præfentes
in loco: Calder. conf. 160. alias 4. de his que sunt à Prælat. in fin. vobis.
se verò. qui vocantur tempore insolito vel incongruè: Pavin. de postu-
& offic. Capit. Sede vac. prælat. 5. num. 11. Garc. d. cap. 2. num. 577. qui
sunt in habitus & regulæ alicujus in monasterio probatione. Glor.
verb. conferendum. vers. sed nunquid. Canonicus. in c. beneficium. de Re-
gular. in 6. Zech. de Republ. Ecclesiast. tit. de Regular. cap. 3. num. 10.
Azor. instit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 3. qu. 1.

47 *Voce in Capitulo nonnulli Canonici*, etiam in sacris constituti-
privantur: puta; illicitè & subreptitiè ad sacros ordines ante ætatem
promoti: *Extrav. Pii II. incip. cum ex sacrorum. & c. Fr. Eman. d. tom.*
2. qu. 15. art. 5. vers. secundo. Panorm. in Clem. 2. num. 8. §. illi vero. de
ætatè & qualit. non minori, sed majori excommunicatione: Glor.
verbo. majores. in c. un. ne Sede vacant. in 6. Doct. in c. illa quotidiana 39.
de elect. c. si celebrat. fin. de Clerico excom. ministr. Monet. d. tr. de dispo-
bit. quotid. part. 2. qu. 20. num. 10. c. constitutus. de appellat. per senten-
tiam judicis aut canonis suspensi seu depositi; c. cum dilectus. ubi Glor.
verb. à suspensis. de consuet. Imol. num. 13. & 14. Cardin. num. 21. cum
seqq. in c. Clem. 2. Riccius. d. tract. lib. 4. cap. 3. num. 9. Riccius in prælat.
part. 4. resolut. 42. à num. 8. si non appellaverunt: Lancellot. de attentat.
part. 2. cap. 12. de attent. & innov. appell. pend. in prælat. num. 95. & 96.
vers. tertio in Canonico. Scaccia de appellat. qu. 8. num. 72. vers. & similit.
interdicti: c. cum inter. de elect. Petr. Gregor. de elect. cap. 7. num. 9. La-
vor. d. tit. 4. cap. 15. num. 67. interdictum personale aut locale scienter
violantes: c. 1. de postulat. Prælat. c. 11. qui. §. 11. verò. de sentent. ex-
com. in 6. Sylvest. in sum. verb. interdictum. 6. qu. 2. §. secundum. Regul.
de Coninck. de Sac. & Censur. tom. 2. disp. 17. dub. 4. eligentes mala-
gnum scienter: c. cum in cunctis. §. Cleric. c. scriptum. de elect. c. perpetua.

Co
De
et Ber
G

end. in 6. Gratian. d. disput. forens. cap. 58. num. 11. Cald. Pereira. de po-
 test. elig. cap. 1. num. 60. Azor. d. part. 2. lib. 2. cap. 14. qu. 8. vers. jus
 eligendi, postulatam, antequam admissa postulatio, ad Ecclesiam recipi-
 entes: c. bona. 1. de elect.

48
 Canonorum, qui ob delictum commissum, eligendi potestate
 privantur, potestas ad non delinquentes, etiam unum, c. quæ sicut. de iis
 que sunt à majore parti. capit. Gloss. verb. pauciores. in c. gratum. de postu-
 lat. Pralat. & verb. duo. in c. 1. de elect. Navarr. conf. 6. num. 2. eod. de-
 volvitur: d. c. bona. c. cum Vinton. de elect. Raguc. d. tract. de voce Cano-
 nic. in Capit. qu. 30. ex num. 13. Lavor. d. tit. 4. cap. 21. ex num. 46. si &
 illi delinquant, vel indignum eligant, ad Superiorem: Gloss. verbo. ad
 nu. in d. c. bona memoria. il. 1. & ibi Joan. Andr. col. ult. num. 58. vers. in
 Gloss. ult. Innoc. num. 9. verb. ad nos. Host. num. 31. sub verb. pariter.
 Bar. num. 78. vers. oppono tertio. cum seqq. Panorm. num. 33.

49
 Quod si totum Capitulum sit in culpa, devolvitur omni casu po-
 testas ad Superiorem in Ecclesiis Collegiatis, in Cathedralibus ad Pa-
 pam. Barboza. d. tract. de Canonic. cap. 41. num. 15.

50
 Canonorum. Restat, ut videamus, quam auctoritatem habeat Ca-
 pitalis Ecclesie Canonorum Capitulum, non vacante Sede; (De ea enim
 diximus speciali titulo supra) sed Episcopo adhuc vivente. Quæ non
 levit. Est enim Capitulum veluti quidam Ecclesie Senatus. can. Ecclesie.
 16. qu. 1. Duaren. lib. 1. de Sacris Eccles. ministr. cap. 18. Marc. Anton.
 Columna in tract. de Eccles. Redit. Orig. part. 2. cap. 14. num. 8.

51
 Considerari possunt Canonici dupliciter: Primo, Quatenus confi-
 mant conjuncti & copulati unum corpus, Capitulum seu Collegium.
 Secundo, in quantum representant illam Ecclesiam, & illius sunt
 Clerici.

In consideratione hac unum corpus non constituunt, nisi cum
 Episcopo tanquam capite; Bellam. conf. 20. num. 7. Card. Tusch. tom. 1.
 in. C. concl. 54. Confi ciunt in consideratione illa, etiamsi non interveni-
 at Episcopus: c. Capitulum. S. Crucis. de rescript. c. dilecta. de excess. Pra-
 lat. nec crit is pars Capituli. c. irrefragabili. de excessib. Pralat. vers. ex-
 cessus. Abbas in c. eam te. num. 3. de rescript.

ryinus
 Personis
 et Ecclesiis

IV.

32

Posiunt etiam, *secund. Anglian. de Legib. lib. 2. contro. cap. 4. num. 4.* Canonici, in rebus & negotiis ad Collegia siue Communitates spectantibus, considerari, vel *tanquam Clerici Ecclesie Cathedralis*, quo casu capitulariter congregati possunt negotia particularia ad ipsos spectantia tractare sine consensu Episcopi, vel *tanquam Capitulum ipsum representans Ecclesiam*; quo casu non possunt ardua & difficillima negotia statuendo siue constituendo, disponere, neque illa quae universum Ecclesie statum vel ipsum Episcopum concernunt, sine eisdem consensu, nec viceversa sine consensu vel consilio Capituli pleraque negotia exequi potest Episcopus. *tot. tit. de his quae sunt à Pralat. sine consensu Capituli. Barbof. d. tract. num. 2. cap. ult.*

52 *Requiritur ergo Capituli consensus.* 1. In administratione bonorum & reddituum Ecclesie: *c. novit. c. quanto. c. ea noscitur. ubi Abb. num. 4. eod. Felin. in c. edoceri. num. 3. & 9. de rescript. Abb. num. 5. per text. ibi in c. relatum. 12. de testam. Mantica. decis. 207. num. 4. Roa. decis. 16. & 183. parte 1.* 2. In rerum, quae ad Ecclesiam Cathedralem pertinent, alienatione: *c. sine exceptione. 12. qu. 2. c. ut super. §. fin. de reb. Eccles. non alienand. c. 1. de his quae sunt à Pralato. Piassec. in praxi Episcopi. part. cap. 2. num. 9. in princ. vers. similiter. Ricc. d. praxi decis. 54. in edit. 1. in 2. decis. 51.* 3. In alienatione bonorum Episcoporum: *d. c. 1. ubi Gloss. fin. & Innoc. in fin. Bertrand. conf. 6. alienatio rerum. num. 1. ubi Covar. var. lib. 2. cap. 17. col. 1. Marc. Anton. Genuens. d. tract. qu. 644. Gemin. in d. can. sine exceptione. in fin. vers. Gloss. ult.* 4. In Ecclesia unius cum altera facienda per Episcopum unione: *c. antepen. ubi Gloss. fin. 12. qu. 2. c. tua nuper. de his quae sunt à Pral. Clem. fin. de reb. Eccles. non alien. Rebuff. in regul. de unione. Gloss. 11. num. 2. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 26. num. 5. Gratian. d. disc. forens. tom. 5. cap. 89. num. 3. Garc. de benef. part. 12. cap. 2. num. 145. Bursat. conf. 285. num. 14. lib. 2. Roa. decis. Curia Archiep. Neapol. 294. à num. 19.* 5. In Canonicatum & beneficiorum, ex legitima causa, suppressione: *c. cum accessissent. de consuet. ubi Abb. num. 4. & 9. Felin. num. 17. Decius num. 45. Mantica decis. 114. num. 2. Barb. de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 67. num. 3. Garc. d. tract. part. 12. cap. 1. num. 1.* 6. In omni negotio, praedictum Ecclesiae Cathedralis concernente: *c. ult. de major. & obedient. Piassec. in*

Co
De
et Bern
G

prox. d. loc. Barbof. tract. de Canonic. cap. ult. num. 14. 7. In interesse Capituli concernentibus: Piafec. part. 2. cap. 2. num. in princ. per c. ult. de his que sunt à Prel. Mantica. decis. 114. num. 3. cum seqq. 8. In his que Episcopum & Capitulum simul spectant: Federic. de Senis. conf. 155. Card. Tuschus. tom. 1. litt. C. conclus. 52. num. 1. 9. In casu quo Ecclesia diminueretur auctoritas: c. dilecti. 1. de major. & obed. 10. Cum hoc postulat consuetudo. Archidiacon. in c. fin. de elect. Barbof. d. tract. num. 15.

Non potest Capitulum sine consensu Episcopi statuta condere, statuta 3
 tum universalem Ecclesie, aut Episcopum ejusve jura concernentia:
 potest tangentia particularia ipsius Capituli negotia; Gloss. verb. statu-
 tum. vers. si verò. in c. 2. §. ceterum. de verb. signif. in 6. Dd. precipue Imol.
 num. 4. in c. cum omnes. de constit. Dec. & Felin. in c. cum accessissent uterq.
 num. 9. eod. ubi Abb. num. 4. & Idem in c. 1. num. 14. de his que sunt à
 major. part. Capit. Marefc. var. resolut. lib. 2. cap. 32. num. 22. & 23.
 modo non sint ardua. Angulam. de Legib. lib. 2. contrav. 4. num. 14. per
 Gloss. in d. c. 2. §. ceterum. nec sint statuta juri communi contraria: quò
 casu non sufficit Episcopi, sed Papæ requiritur consensus. Oldrad. conf.
 259. num. 6. Frideric. de Senis. conf. 17. per tot. Alex. conf. 106. num. 2.
 lib. 2.

Si Ecclesie jura controvertantur, ejus nomine Capitulum facere
 potest concordiam; sed auctoritate & decreto Episcopi interveniente,
 causa cognitione adhibita, ac prævio diligenti tractatu, ut liget etiam
 successores. c. statuimus. ubi Abb. num. 1. & seq. & cap. de cetero. ubi In-
 noc. num. 4. & 5. c. veniens. ubi Cardin. sub num. 2. de transact. Natta
 conf. 441. num. 9.

Consilium verò Capituli in Episcoporum tractatibus vel negotiis 4
 plerumque est requirendum; videlicet in institutionibus, vel destituti-
 onibus beneficiorum, c. novel. de his que sunt à Prel. in dispensationi-
 bus, & confirmationibus; c. fin. cum Gloss. 1. qu. 5. c. quantò. d. tit. & in
 aliis negotiis arduis: d. c. quantò. c. pastoralis. eod. item in inquirendis,
 puniendis, & corrigendis subditorum excessibus: c. 1. de excess. Prelat.
 cum Episcopus. 15. qu. 7. c. non est. de consuet. in 6. Nisi consuetudo sit
 in contraria. d. c. non est. Gloss. verb. presentia. in c. degradatio. de pœnit. in 6.
 Debet

rvinus
 Personis
 et Ecclesiis

IV.

32

Debet etiam Episcopus, in processionibus, edicendis, decernendis, dirigendis, atque deducendis, non contentum, sed consilium requirere Capituli. *S. Congreg. Rituum. in Elborensi. 28. Martii 1628. & Comens. 7. Februarii 1632. Barbos. d. tract. num. 20. cap. ult. Nec non quibus Canonicis suae Ecclesiae quisque ordo sacer in posterum debeat esse annexus; si antea hoc non fuerit designatum. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. Episcopos autem. vid. Stephan. Weyss. in constit. 24. ex jure antiq. de promptis & per Concil. Trident. innovat. cons. 4. in fin. pag. 40.*

Sunt & Ecclesiarum Cathedralium, nec non Collegiarum, quasi Episcopalem jurisdictionem habentium, Capitula ad Concilia Provincialia vocanda, & admittenda. *c. fin. de his quae sunt à Præl. Abb. num. 4. Bott. tract. de Synodo. part. 2. num. 42. Quarant. in sum. Bullarii. verb. Concilium. Provincial. vers. quartò quæro. ubi Prosper. August. in Addit. Barbos. d. tract. & cap. num. 21.*

55 Non tamen tenetur Episcopus Capituli consilium sequi. *Hogon. in c. quanto. num. 1. vers. dic. quod cogitur. Abb. num. 4. & sub num. 5. vers. & est mihi indubitabile. eod. Mandos. de inhibit. qu. 192. num. 2. Rota apud Archil. decis. 57. alias 2. de offic. Ordinarii. sub 1. num. 7. vers. communis tamen. Puleus. decis. 92. à num. 3. lib. 3. Nisi in casibus à Jure expressis. S. Congreg. Concil. sub die 1. Junii 1627. & in Orcolens. 27. Martii 1632. Barbos. ad. tract. num. 23.*

56 Potest Capitulum, sed non nisi ex consuetudine, *Diss. Barbos. in lect. ad c. irrefragabili. §. ceterum. de offic. Ordin. sine Episcopi auctoritate, in Ecclesia Cathedrali aut Collegiata à divinis cessare, & divinarum Officiorum celebrationem suspendere: c. irrefragabili. §. ceterum. de offic. Ordin. Clem. 1. §. in cessationibus. de sent. excommun. Corv. in c. alma mater. p. 2. §. 2. num. 6. Henric. in sum. lib. 13. cap. 54. in princip. Eman. quest. reg. tom. 2. qu. 117. art. 1. Avila de censur. part. 6. dist. 1. dub. 1. Sayr. eod. tract. lib. 5. cap. 17. num. 2.*

57 Episcopus, qui interest Capitulo, ut Canonicus, habet aequalem vocem cum aliis singulis; qui ut Prælati, vocem aequalem cum aliorum omnium vocibus; ita ut vox ejus sola faciat partem dividuam. *Cardos. in praxi judic. verb. Capitulum. num. 14.*

Mentione Canonicorum alicujus Ecclesie Cathedralis, vel Collegiatae, venit ejusdem Capitulum, quod representatur ex Canonicis. Unde legata relicta Canonicis indefinite vel generaliter omnibus, in duobus censetur relicta Capitulo: *Ripa in c. cum M. num. 11. post princ. vers. contra illud notabile. de constitut. Menoch. de presumption. lib. 4. pr. 113. num. 6. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 22. & 24. ad fin. Steph. Gratian. d. discept. forens. tom. 4. cap. 533. num. 15. cum seqq. tanquam scilicet Capitulo & Collegio. Covarr. in c. requisivisti. num. 10. de testam. Mantica d. tit. 6. num. 24. in fine. vers. unde puta questionem. Cevallos com. contra communes. qu. 278. ad med. part. 1. Anquian. d. lib. 2. contro. 4. num. 19. & 20. Gratian. d. cap. 533. num. 16. & 18.*

Capituli mentione comprehenditur Decanus, licet ejus nulla fiat mentione. *Gloss. in c. cum inter universas. 18. de elect. & Gloss. verb. nullatenus. per text. in c. post electionem. de concess. Pralator.*

Posiunt ex consuetudine, quam constitutione Bonifacii IIX. in c. 60. ubi de consuetud. in 6. confirmat, in nonnullis Ecclesiis antiquiores Canonici gradatim, si velint, per se, vel per alium meliores prebendas decedentium optare; hoc est, suas deteriores cum melioribus vacantibus permutare.

Est ergo Optio, secund. *Monet. in tract. de optione Canonica. cap. 1. 61. num. 13.* jus quoddam Capitulo, seu Collegiati alicui Ecclesie ex consuetudine, vel statuto, competens, ut antiquiores gradatim vacantem prebendam, quae reservata non sit, propria dimissa intra certum tempus eligere possint.

Quod facientes non incurrunt Simoniam; quia prebenda seu proprius prebendalia, in nuda & mera consistunt temporalitate; ut pote confata ex praediis aliquibus, singulis prebendis assignatis & annexis. *Hostiens. in c. questum. num. 2. de rer. permut.*

Annectuntur singulis Canonicatibus vel perpetuo & vere & proprie; vel revocabiliter.

Sillo modo, ita ut praedia a Canonicatibus ne quidem per momentum ferari possint; non permessa est optio, nisi cum Superioris, habentis instituire, auctoritate: *Hostiens. in d. c. questum. num. 3. Cardin. conf. 126. sub num. 4. vers. & secundum haec intelligitur. Sin hoc modo:*

LII

pro-

rvinus
Personis
et Ecclesiis

IV

32

procedit optio, sine ea; nam licet respectu Canonicatum, perpetua habeant Juri spirituali; *Abbas in c. majoribus. num. 4. vers. quandoq. de prabend. & sub dispositione eorum*, tanquam quid illis annexum perpetuo, cedant; *Verall. decis. 359. num. 1. part. 2. Barbosa. d. trakt. cap. 30. num. vers. aliaesf.* tamen propter separabilitatem à singulis Canonicibus reputantur ad effectum optandi quid temporale. *Card. d. conf. 116.*

64 *Jus optandi consuetudine* introduci potest, sed non in omnibus Ecclesiis.

Non potest in Ecclesiis, in quibus nulla est distinctio numerus prabendarum; nec certus Canonicatum numerus: *ut in casu text. in c. dilecto. 35. cum seq. de prabend. & c. ex parte. de concess. prabend.* Cui dari non possit vacatio: ut requiritur *in d. c. fin. de consuetud. in 6.* Nec in iis, in quibus quidem certus Canonicatum seu Canonicorum numerus, sed nullus numerus, & distinctio prabendarum; *ut in c. fin. si autem. de concess. prabend. in 6.* quia Capituli bona seu fructus per administratores dividuntur inter Canonicos, & quanto ii pauciores sunt, tanto majores portiones recipiunt, *ut in d. c. fin. si autem. Nec in iis, in quibus certus est Canonicatum & Prabendarum numerus, sed ex non sunt distinctæ, & bona sunt quoad dominium Capituli communia, & illudque ea per Officiales suos administrat, & de fructibus collectis quæ sunt Canonici, tot facit æquales portiones.* Nulla ergo electio nisi optio. Utraque esse potest, si Capitulum ea bona dividat, in tot prabendas, quot sunt Canonici, cuilibet consignando prabendam suam ad tempus, & secundum quod Capitulum placet, sub conditione, ut eo elapso iterum redigantur in commune, & honorum fiat divisio nova: cum ea divisio fieri non possit ita æqualis, quia inter eas cadere possit electio proptereaque locum habere optionis prabendarum consuetudo, & que, sed cum scientia, & patientia Episcopi, seu ejus, ad quem spectat collatio, introduci, spatio annorum decem.

In Ecclesiis vero, in quibus non solum certus est Canonicatum & prabendarum numerus, sed etiam ea prabendæ realiter, actualiter & perpetuo inter se sunt distinctæ, ita ut non sit unum beneficium Ecclesiasticum, sed dos unius actualiter & omnino distincta sit à dote alterius *juxta text. in c. litteras. 9. de concess. prabend. & in Clem. fin. de prabend. habet*

Co
De
et Ben
G

habet locum optio: & introducitur quadraginta annorum consuetudine: *Monet. d. tract. cap. 2. qu. 2. num. 6. post Rot. Bellam. Roch. de Curia. Gig. Petr. Gregor. & alios quos refert. ibid. num. 18.* etiam citra scientiam & Episcopi patientiam; utraque enim ex eo tempore praesumitur. *Monet. d. loco à num. 2. Barbof. ex eo tract. de Canon. cap. 30. num. 4.*

Debet optio regulariter fieri intra dies viginti d. c. ult. *Gonzal. ad 65 reg. 8. Cancell. Gloss. 34. num. 75. Monet. d. tract. cap. 4. à num. 1.* qui curam simul omnibus optare volentibus; *Gloss. in verb. duntaxat. in d. c. ult. Gonzal. d. loc. & Gloss. num. 76.* minui tamen per Capitulum per duos vel quatuor dies, *Gloss. d. verb. duntaxat. ibi quia Capitulum poterat. in d. c. ult. Tiraquel. de retractu. lign. §. 1. Gloss. 10. num. 58.* ut & prorogari, *Zerol. in praxi Episc. 1. p. verb. Canonica. §. 7. Monet. d. cap. 4. à num. 7.* possunt: Computandos à die verisimilis scientiae vacationis. *Gloss. verb. viginti. d. c. ult. Zerola d. §. 7. Gonzal. d. Gloss. 34. num. 75.*

Optare debent regulariter antiquiores, non ætate, sed receptio-
ne. *Gloss. verb. antiquiores. in d. c. ult. Falcon. in tract. de reservat. benef. effect. 49. Fabric. in suo Codice tit. de Sacros. Eccl. diffin. 96.* priusquam iuniores; d. c. ult. quoties casus evenerit. *Monet. d. tract. cap. 4. qu. 1. num. 15. Bellam. decis. 229.*

Quod si illi optare differant infra tempus legitimum, junior sequens optare poterit. *Tiraqu. de retract. convent. §. 2. Gloss. 1. num. 66. Zerola d. verb. Canonica. §. 7. conclus. 4. Gonzal. d. Gloss. 34. num. 78. Monet. d. tract. cap. 5. qu. 1. num. 3.*

Debet enim fieri optio *gradatim*, ut si non optat primus seu antiquior, optet secundus seu sequens, aliàs optet tertius, & sic deinceps. *d. c. ult. verb. gradatim. de consuet. in C. Monet. d. cap. 5. num. 14. & 15.* Est enim optionis natura, ut successivè unus prebendatus seu beneficiatus post alium, prout quisquam antiquior est, gradatim ascendat. *Gonzal. d. Gloss. 34. num. 15.*

Absens optare potest, per procuratorem, si statutum vel consuetudo contraria non obstat: *Monet. d. tract. cap. 4. qu. 3. num. 31. & cap. 1. num. 52. cum seqq.*

Optare etiam potest, qui non est in sacris, nec vocem in Capitulo habet: *Clem. 2. de at. & qualit. Concil. Trid. sess. 22. de reform. cap. 4.*

RVINUS
Personis
et Ecclesiis

IV

32

nisi consuetudo sit in contrarium: cum hic actus optandi competat Canoniam & prae-benda, non ex voce Capituli. *Gloss. in verb. in Capituli in d. Clem. 2. Gonzal. d. Gloss. 34. num. 128. Monet. d. tract. cap. 4. qu. 5. à num. 71. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 482. num. 21.*

69 Nec impeditur optare quis quamvis habeat beneficium reservatum ratione optionis dimittendum: *Cardin. conf. 520. incip. vincturunt. num. fin. Gonzal. d. gloss. 34. num. 42. vel prae-bendam, super cuius fructibus ipse voluntarie consensit pensionem reservari ad favorem alterius: Utitur enim jure suo. Put. decis. 155. lib. 3. Gonzal. d. loc.*

70 Qui Canonicatum, habentem prae-bendam annexam optat, pensionem super canonicatu optato jam impositam solvere tenetur. *Monet. de commission. part. 1. §. 2. num. 63.*

Distinguendum tamen; Aut fuit dimissus Canonialis titulus, & optatus alius, & tunc dimissum optans pensionem solvere tenetur. *Gigas de pensio. qu. 63. num. 2.* Aut fuit simpliciter dimissa prae-benda, id est, prae-dium vel portio prae-bendalis Canonicatui assignata, retento eodem titulo, & tunc non tenetur qui dimissam optavit, sed qui dimisit, ex quo retinuit sibi eundem titulum, illamque prae-bendam spirituales, super qua fuit pensio reservata. *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 34. sub num. 47. vers. & fuit quoq. Mant. decis. 279. num. 1. cum seqq. Monet. de distrib. quotid. part. 3. qu. 8. num. 15. & 16. & de optione Canon. cap. 7. qu. 3. conclus. 3. ex num. 33.*

Unde is qui dimisit, si sub hoc praetextu evitare vult onus huiusmodi pensionis, justificare tenetur, quod optata fuerit ipsa prae-benda spiritualis, & sic titulus novus. *Pute. decis. 196. sub num. 1. vers. ex cuius dicitur lib. 2. Bonacina. d. tract. cap. 30. num. 17.*

71 Optare prae-bendam novam spirituales, & novum & distinctum titulum consequi, non possunt Canonici, excommunicati, aut irregulares seu aliis à jure prohibiti: *Gonzal. d. Gloss. 34. num. 65. & 71. Sicut tom. 4. de censur. disp. 15. sect. 1. num. 19. Garc. d. tract. de benef. part. 7. cap. 13. num. 48. cum seqq. Riccius d. tr. de jure person. extra Eccl. quoniam existent. lib. 4. cap. 11. per tot. Gigas d. loc. num. 15. Nec possunt optare vacantem in Ecclesia prae-bendam, qui propter corporis vitium repelluntur ab ordinibus. *Monet. d. cap. 4. num. 109. cum seqq. d. Gloss. 34. num. 73.**

Co
De
et Ber
G

Optio locum non habet, in beneficiis seu Præbendis in Curia, vel 72
apud Sedem vacantibus: *d. c. ult. de consuet. in 6. Simonet. de reservat. be-
nef. qu. 45. num. 3. Falco. in Sim. tract. qu. 4. effectu 1. Gigas. d. tract. &
qu. num. 10. Paris. de resignat. benef. benefic. lib. 2. qu. 20. num. 7. nec in,
sive generaliter, sive specialiter reservatis: Archid. in c. ult. & ibid. Joan.
Andr. Franc. & alii, per text. in c. ut nostrum de appellat. Gig. d. loc. num.
9. Garc. d. tract. part. 5. cap. 1. num. 452. Monet. d. tract. cap. qu. 3. an. 41.*

An autem locum habeat in vacantibus per permutationem; Joan. 73
Andr. in d. c. fin. tenuit, quod sic, eumque sequitur ibi Ancharan. Con-
trarium autem videtur tenere idem Joan. Andr. in addit. Specul. sup.
Rubr. de rer. permut. quem sequitur Joan. de Lign. in d. c. ult. & Federic.
de Senis in tract. de permut. benef. qu. 38. & in conf. 59. Petr. de Ubald.
in Sim. tract. qu. ult. Imola tamen, concordando dictas opiniones, di-
cit: Aut permutatio fit propter utilitatem permutantium, & tunc lo-
cum habet optio: quia talis permutatio videtur ambitiosa & restrin-
genda: aut fit permutatio propter Ecclesiarum utilitatem, quod tamen
raro fit temporibus nostris, & eo casu locum non habet optio: quia
tunc permutatio est amplianda, quia est favorabilis. *eamq. distinctionem
sequitur Franchus in d. c. fin. Gigas d. loc. num. 14.*

Habet optio locum in beneficiis ad Papam ex negligentia inferiorum 74
tam in non conferendo intra sex menses à die notitiæ vacationis, devo-
luis. Franc. Marc. Delph. decis. 1259. num. 2. part. 1. Monet. d. cap. 13.
num. 106. Barbos. d. loco num. 24.

Non in beneficiis juris patronatus laicalis aut mixti; nisi consenti- 75
at patronus, aut speciali præscriptione vel consuetudine id fuerit indu-
ctum. Monet. d. cap. 3. num. 112. & 121. cum seq.

TITULUS III. De Canonisfis.

SUMMARIA.

1. Canonisfis quæ: & an teneantur voto.
2. An probata.
3. In Belgio libera à voto.
4. An

LII 3

rvinus
Personis
et Ecclesiis
IV
32